

*Decimentis & cimationibus metallo-  
rum. CAP. XX.*

**A**NTEA de præstantissimis & maximis philosophorum tincturis audiuimus, modò minores est quòd in medium adferamus, quia non veniunt in usum rei medicæ pro corporibus hominum, at solum ad metallorum nebulas tollendas.

I. Primum igitur cimentum est regale, non pro vulgato more descriptum à Paracelso (verùm ex sola, quám fecit, experientia) veterum usum non obseruante. Sumatur florū æris, antimonij, laterum, salis communis ana libra semis. Trita minutissimul omnia cōmisceantur, vinoq; postmodum imbibantur & exiccentur, idq; vigesies & quater. Hoc puluerelaminita luna cimentetur ignis gradu medio quatuor horis, postea tot horis igne mediocre, postremò fluxionis igne horis duodecim. Tum demū excipe regulum, eumq; laminatum ex priore processu, & cum eisdem cimentabis rebus, ignis quoque gradibus obseruatis, hoc ipsum quater aut quinquies repetendo. Tandem fulminetur per cineritium, & loppa reducatur